

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

F ante V

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

ropæ emporiū celebratissima. Est & alia in Germania ejusdem nominis ad Viadrū sita. [Vulgò Brandfurt an der Oder.] Francōnes, [Germ. Die Branden.] Germaniæ populi sunt, quos nonnulli Francos Orientales vocant: à Septentrione Chatis, & Cheruscis: à Meridie, Noricis finitimi: ad Occasum Rhenū fluvium: ad Ortum, Hercyniæ sylvæ partem, qua Boëmiam attingit, habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occupaverunt, ubi Hodie Lutetia Parisiorum sita est, quæ etiam Gallia pars ab illis Francia dicta putatur. Francōnū meminit Cicero in Epist. ad Attic. lib. 14.

Fregellæ, arum, *φρηλα* Stephano, Vulgò *Pento curvo*, olim ciuitas fuit clarissima inter Formias & Sinuessam sita, non procul à Lati amne, quem nunc *Carilianum* vocamus. Cujus etiã hodie non obscura extant vestigia, ex quibus facillè potest estimari quanta olim fuerit ejus urbis amplitudo. Hæc quum à Romanis defecisset, diruta fuit, & ad vicum jam usq; à Strabonis tempore redacta. Silius libro 2: -obsessæ campo squalente Fregellæ. Idem alio loco: Et quæ fumantem texere gigante Fregellæ. Inde Fregellani populi dicti, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Fregellânus, adjectivum: ut Fregellana vitis, Colu. lib. 3. cap. 2. Fregellanus, Nomen proditoris, cujus meminit Cic. 5. de Finibus: Quis Fregellanus proditorum, quanquam Reip. nostræ profuit, non odit?

Frentânus, Populi sunt Italiæ, nō procul à Daunii & Picentini, diversi ab iis, quos alibi Ferētinos, & ab iis quos Ferentinates diximus appellari. Horum regionem Plinius lib. 3. capite 11: Frentanam vocat, à Frentone vicino fluvio deducto nomine.

Friburgum Vrbs, alia in Brisgoia, alia in Vchulandia, alia in Misnia.

Frisii, [Germ. Friesland.] Populi sunt Oceanū Septentrionalem siti, Batavis & Sicambriis finitimi, etiam hodie nomen retinentes.

Fronto, Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeo ab illo dilectus, ut ille statuat ei à Senatu statui decernendum curarit. Autor Capitolinus. Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Iuvenalis, & Martialis: Clarum militiæ, Fronto togæq; decus.

Frusino, pen. corr. Frusionis, Civitas Campaniæ, à qua Frusinate populi ad Falernum, quorum meminit Plin. lib. 3. ca. 5. Iuven. Satyr. 3: optima Soræ, Aut Fabrateriæ domus, aut Frusione paratur. Silius lib. 12: Bellator Frusino. Sed hic populum significat. Prolemæus Frusinum inter Latii oppida enumerat, lib. 3. cap. 1.

Fruitiâ, Dicitur esse templum Veneris Frutæ. Festus. Fruxinum, Frysinga, Vrbs Bavaricæ.

F ante V.

Fucinus, pen. corr. Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albanenses Marforum populos. Martial. lib. 11: Fucinus & pigri taccatur stagna Nerone. Virg. 7. Aen. Te nemus Angitæ, vitrea te Fucinus unda, Te liquidi flevere lacus.

Fusidius, Oratoris nomen, cujus meminit Cicero in Bruto: Fusidius, inquit, in aliquo patronorum numero fuit.

Fugali, [Germ. Fugale] Festus so man hiet zur Widdergedenken der vertrieben Rintgen / vud der erlangten gemeten Freiheit. Festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberatæq; Reipublicæ militiæ. Censorinus de die geniali festū hoc, Regisagium vocat, quod eo die Tarquinius ab exercitu ad Porrenam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario post exacta Terminalia. Augustinus lib. 2. de Civit. Dei: Sed demonstrantur loca talibus aliquando conventualis consecrata, non ubi ludi agerentur obsecrari, votibus & moribus histionum: nec ubi Fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis.

Fulco, An degavensium princeps fuit, quintus Rex Hierosolymorum, qui equo in caput viso occubuit, quum regnasset annis undecim. Volaterranus.

Fuliginates, populi sunt Umbriæ in Italia, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 14.

Fulsinates, Populi sunt insulari, juxta oram Illyrici: quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 21.

Fulvia, fuit uxor quatuor turbulentorum civium, qui pestes fecere patriæ: primum Catilinæ: deinde Clodii: tertio Curionis, qui bellum civile inflammavit: quærò Antonii triumviri, cujus iussu cum Cicero Orator interfecus esset, Fulvia uxor Antonii ad eò lectata est, ut linguam exemptam exinterfecti capite, aciculis confodent.

Fulvius, Flaccus Censor tectum marmoreum Iunonis Laciæ spoliavit, ut ædem quam dedicaverat Equestri Fortunæ regeret, Autor Livius lib. 42.

Fundi, orum, *φυνδα*, Vulgò *Fundi*, Oppidum est Campaniæ inter Tarracinam & Cajetam, quod intercidit: hodie solum

palustre ibi: ita tamen ut ædificiorum ruinæ ac vestigia evanescant: à quo Fundanus lacus appellatus est, & Fundanus ger. Plin. lib. 3. cap. 5: Inde generosa vinya Fundana, scriptoribus commendata.

Furix, Vide in APPELLATIVIS.

Fusidius, Fœneratoris nomen, apud Horat. 1. Serm. Sat. Fusidius vappæ famam timer, ac nebulonis, Divex agris, dives positus in fenore nummis.

Fusius, pro Furius, Antiqui dixerunt, ut Valerius pro Valerius, Autor Festus.

Fulius, Oratoris nomen, cujus meminit Cicero lib. 2. de Oratore: Fulius (inquit) nervos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, nō adsequitur: oris pravitatem, & verborum latitudinem imitatur, &c.

Fycernus, Ptol. Ferentanorum fluvius. Typertus alius.

G



Aba, per simplex b. [בבא] *ghibab*, *גבב* teth Iosepho lib. 5. Antiquitatum Judaicarum, Galilææ oppidum est.

Gabale, es, [גבאל] *ghibâl*, *גבאל* Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicea libera civitas. Autor Plin. lib. 5. cap. 20. Hodie *Ghed*.

Gabales, apud Plin. lib. 4. cap. 18. Aquitaniæ populi sunt.

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxu effœminatissimus: qui quum se solem appellari vellet, quæ Greci *solis* vocant, composita dictione vocatus est Helioabalus. Autor Servius.

Gabalum, *גבאל*, Oppidum Arvernorum, in ea parte Gallie Aquitanicæ situm, quæ Narbonensem provinciam spectat. Hinc Gabales, *גבאלים*, populi, apud quos olim fiebat optimus cæcus.

Gabâon, [גבאון] *ghibâon*, *גבאון* Olim metropolis & regalis civitas Hevæorum, & nunc (ut refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine ad quantum miliarium à Bethle contra Occidentalem plagâ juxta Rhama, ubi Solomon oblati victimis divinum meruit oraculum.

Gâbônites, pen. prod. [גבונים] *ghibônim*, *גבונים* Populi in Gabaon habitantes.

Gabatha, [גבאתה] *ghibâth*, *גבאתה* Vrbs Galilææ, testis Iosepho lib. 6. Antiquitatum.

Gabaupolis, *גבאופוליס*, Oppidum Galilææ, Steph. Iosepho Antiq. lib. 4.

Gabbâ, Per duplex b. [גבבא] *ghibbâ*, *גבבא* fuit (ut alii scribunt) Gabaa, Syriæ urbs.

Gabienus, Fortissimus dux classium Cesaris à Sex. Pompeio captus, ejusdem iussu incisa cervicè jacuit in litore tota die. Deinde quum ad vesperasceret, petiit ut Pompeius ad se veniret, testatur se ab inferis remissum, habere quod nuntiaret. Plin. lib. 7. cap. 52.

Gabiî, orum, *גבאים*, Volcorum urbs fuit LXX. millibus passuum ab Urbe distant, à Galaactò & Bio fratribus Siculis creata, sicut scribit Solinus, fraudè Sexti Tarquini supposita in Romanorum ditionem redacta, ut tradit Liv. lib. 1. ab Urbe. Gabiorum meminit & Virg. lib. 6. Aen. Hiribi Nostrum, & Gabios, urbemq; Fidenam, Hi Collatinas imponunt montibus arces.

Gâbinensis, adjectivum. Plin. lib. 2. cap. 94: Quædam verò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabinensi agro, non procul ab urbe Roma.

Gâbinus, a, um: ut. Gabina Iuno, Virgil. 6. Aen. Vrbs Gabina, Ovid. 2. Fastor. Robore freta Gabino, Claud. 3. Paneg.

Gâbinus, Romanus, qui Ptolemæum Auletè Aegypto pulsatum in regnum reduxit, præstitumque illi, quod adversus Iustum insidias tutior esset, ex suis copiis reliquit. Autor Ptoleuchus in vita Pompeii.

Gabinus, Presbyter, civis Romanus, iussu Diocletiani Imperatoris in carcerem coniectus est. Ibiq; fame extinctus, quod Christianam profiteretur religionem. Frater fuit Caili pontificis, pater Susannæ virginis & martyris, quæ nuptias sibi Diocletiani recusavit. Volater.

Gabriel, [גבריאל] *ghibrîl*, *גבריאל* Germ. *Etter de Genna*. Vox Hebraica, quam Latine Dei fortitudinè interpretari possumus.

Gadareus, *גדאר*, Sophista, qui prius more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Cõsulari adeptus est.

Gadara, [גדרא] *ghidharâ*, *גדרא* Civitas est in Decapoli Syriæ, non longe ab Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rhetoricæ professor, quem Strabo sua ætate floruisse testatur. Meminit hujus oppidi & Plin. lib. 5. cap. 18.

Gadès, dium, [גדעס] *ghadès*, *גדעס* Vulgò *Gadès* *Calis* Germ. *Stu* Inscin in cisteri neder Hispanien im Meer geigt in der vnderen mund Europa vnd Africa. Dux insulæ fuit, teste Plin. lib. 4. cap. 22. ultra